



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

321. Sabbato. de Zelo, & quomodo in his B. Virgo excelluerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

¶ 2. *Feria 6. Dom. 21 post Pentecost.*
Iestomus de Virginit. 3. Anima per Virginitatem DEI formis efficitur: *Incorruptio facit esse proximum DEO. Sap. 5.* 4. Dominus noster JESVS amantissimus Virginitatis, unde ait Simon de Cassia: Lib. 1. c. 14. *Magna Virginibus est dignitas prerogata, quod Christus duobus (Mariæ & Josepho) factus est subditus.*

Conf. 3. Actiones 1. Corporis incorruptionem congenitam servandam eligere, & per totam vitam à delectatione carnis abstinere: 2. Animam à cogitationis, & desiderij carnalis pollutione servare mundam. 3. Carnis & mentis integritatem universis dignitatibus antepone. 4. Occasiones imminuendæ integritatis vitare. 5. Personas suspectas prudenter cavere. 6. Media ad Virginitatem ex ejus affectu assumere, victus parcitatem, cultus vilitatem, corporis incommoditatem: fugere loca, tempora, & occasiones impuditiæ. 7. Ad finem Virginitatis, divinam contemplationem, properare.

MEDITATIO CCCXXI.

Sabbato Domin. 21. post Pentecost.

De Zelo, & quomodo in his B.

Virgo excellueris.

Videbo Dominum JESVM, quem zelus
domus

Sabbato Domin. 21. post Pentecost. 163

domus Dei comedebat, honoris Dei, & salutis nostræ. Petam ejus fieri particeps.

Conf. 1. Zelus est intentus justis amatoris affectus, quo quaeritur honor Dei, & salus animarum, fortiterque impugnatur omne id, quod his obstat. Incitamenta sunt vocatum esse ad plurimum salutem, exemplum Christi, qui positus in ruinam multorum, & salutem. *Memoriâ tenere illud Petri Damiani Lib. 2. Epist. 2. Nostra divitia, nostræque thesaurus lucra sunt animarum.* Actiones ejus, meditatio eorum, quæ profint alijs, tantum industriæ promovendo honori Dei collocare: quantum vires nostræ, & talenta permittunt, orationes, lacrymas, jejunia, vigiliis pro animabus offerre: rationis reddendæ ex talentis frequenter meminisse, propriam salutem impensius, quam alterius curare, ubi major profectus speratur, amplius laborare, plus opere, quam verbis insumere, ideò sanctæ conversationis exemplo præluere: pro hoc exemplo aliqua commoda, etiam necessaria corpori, sine magno sanitatis dispendio, omittere, imò in ipso opere, si opus sit, pro gloria Dei: & bono animarum alacriter commoda omnia, & sanitatem, & propriam vitam effundere. Si laboribus nostris speratus fructus non respondeat, dolere, & non sine luctu, filios,

AA 6 id

564 *Sabbato Domin. 21. post Pentecost.*
id est, fructum laborum nostrorum à Do-
mino postulare.

*Conf. 2. Quomodo B. Virgo in his septem
Virtutibus excelluerit. In Studiofitate, de
qua D. Ambros, in Orat. de obit. Valent.
Imperat. Fuit in Virgine annorum quidem im-
maturitas, sed consiliorum senectus, moribus
antiquabat dies, praeveniebat temporamertis,
& quod etati deerat, compensabat virtutibus.
In Taciturnitate, de qua ait S. Synesius in
Hymno: Tu vox, Tu silentium. In Tempe-
rantia, de qua in Hymno Gregor. Tu corona
Temperantiae. In Timore, quando turbata
est in sermone Angeli, ut ait D. Ambrosius
hic: Trepidare Virginum est. In Veracitate,
quam Epiphanius Orat. de Laud B. Virgini-
ta alloquitur: Vitis veritatis fortissima, mi-
nime vindemiata. In Virginitate, de qua S.
Cyrillus Alexandr. Homil. Ephes. hab. in
Nestor. Corona Virginitatis. S. Damascenus
Orat. de Nativit. B. Virgin. Planta veracis-
sima Virginitatis. Richardus à S. Laur. Signi-
fera & Exemplar Virginitatis. S. Ambrosius:
Neminem invisebat, quin ei integritatis insignia
conferret. In zelo, quòd fuerit mortalitas in-
ferni, ut de ea canit Hymnus Græcus,*

*Conf. 3. Quantum absim ab his Virtutibus,
& renovatis hebdomadæ propositis exe-
quendi ea. Petam à D. Virgine auxilium.*

MEDI-